

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Bacmeister

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus ... Ad  
Exequias Quas ... Dn. Rolof Make/ Senator huius Urbis gravissimus, Filiae suae ...  
Margaretae Maken ... vult paratas; Omnes Academiae cives studiose &  
peramanter invitat : [P.P. Rostochii XV. Februarii Anno M.DCLVI:]**

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770363229>

Druck    Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

M. in

R. M a k e.

Rostock, 1656.

12.







195

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**JOANNES BACMEISTERUS,**  
Med. D. & Professor

ad Exequias

Quas

Speciosissimus & Prudentissimus  
VIR

**DN. ROLOE RÆKÆ**



Senatus hujus Urbis gravissimus,

FILIAE suæ desideratissimæ,

Virginis Lectissime

**MARGARETÆ**

**MARGÆTÆ**

Hodie horâ primâ pomeridianâ  
vult paratas;

Omnes Academiæ cives studiosè & peramanter  
invitat.

---

ROSTOCHII,

Typis Heredum NICOLAI KILI, Acad. Typog.  
Anno 1656,

FVanquam omni animantium generi à naturâ tributum est, ut se, vitam, corpusq; cœuantur, declinentq; ac fugiant cùm omnia ea, quæ noxia & contraria sibi esse videntur, tum mortem, tanquam malorum omnium summum & gravissimum, summopere horreant atq; pertimescant: Tamen hæc cura homines maxime tangit, ut immensa vivendi cupiditate ardeant. Nam cum rationis sint participes, futura prospiciunt, præsentia cernunt, & præteriorum reminiscuntur, & sic, consideratis Mundi hujus Vanitatibus, sèpissime illis frui malunt, quam per mortem cœlestibus inseri cœtibus. Bruta verò cum ad id solum, quod præsens est, se se accommodent, sponte naturæ benignitate sunt contenta, neq; de gloria, divitiis, honoribus, posteris, sepultura, opinione post mortem, aut aliis rebus in vita expetendis vel fugiendis, quemadmodum homines, sunt magnopere sollicita & anxia. At quia neq; homines hæc inanis & nimia sollicitudo vel juvat vel deceat, his periculosisstimmis temporibus hacq; mundi senecta, ubi omnia in deterius ruunt, Mortem non solum non fugiendam & metuendam, sed etiam optandam, atq; expetendam, &, cum venerit, gratariter amplectendam tam pauperi atq; afficto, quam divitiæ in summa felicitate constituto, sive Adolescens sive Senex sit, affirmare non dubito; neq; curandum, quo: cunq;

cunq; tempore aut modo quis ad vitæ exitum vacat. Nam vita longa quid aliud habet, quam variantes & alternantes fortunæ vices, mutabilesq; rerum vicissitudines, ut interspem & metum subinde sustinet, &, postquam adempta est spes, suaq; opinione frustrata, lassum animum hominis curâq; confortum ac stuporem, ut verbis Comici utar, relinquit. Hinc quoq; Græcorum quidam, vitam hominum non vitam, sed calamitatem verè dixit, & perulgatum illud celebre est effatum. Optimum esse aut non nasci, aut, si natus sis, citò mori. Mors autem nihil aliud est, quam dissolutio animæ & corporis, non quæ interitum animæ affert eamq; in nihilum redigit, sed quæ reverà iter & via est ad cœlum h. e. ut cum Socrate loquar, prolectio ius τὸν θεόν καὶ σύμφυλον ἀδέεα. Recte itaq; Epictetus, Quid, inquit, est mors? Perpetua securitas, timenda nulli, si sapiens degat, inimica vita: numen animantium: metus parentum: liberorum præda: testamenti gratia: post obitum sermo: supremæ lachryma: post memoriam oblivio: fax rogi: onus sepulchri: titulus monumenti, omniumq; malorum finis. Neq; ex hac vita discedimus tanquam ex proprio domicilio, sed tanquam ex hospitio. Commorandi natura diversorum nobis, non habitandi dedit, & omnino felicem prædicamus illum diem, quo in illud animorum domicilium cœtumq; proficisciemur, &, tot laboribus periculisq; jactati, ex hoc inquieto & tur-

A 2

bulen

bulento salo in placidissimum portum; perpetuae  
quietis ac tranquillitatis appellemus. Nam justorum  
anima in manu D E I sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & asti-  
mata est afflictio exitus illorum; & ab itinere justo abie-  
runt in exterminium & quod a nobis est iter exterminii:  
illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta  
passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In pau-  
cis vexati in multis bene disponentur: quoniam D E I S  
tentavit eos, & invenit eos dignos se. Tanquam au-  
rum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hosti-  
am accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt justi, & tanquam scintillæ in arundineto discur-  
rent. Judicabunt nationes, & dominabuntur populis  
& regnabit Dominus illorum in perpetuum, quemad-  
modum id lib. Sapient. c 3. eleganter expressum legi-  
mus. O vanas itaq; hominum mentes! O pectora  
cœca! quos terret mors corporis, cum tamen nobis  
omnibus, certus praefixus sit terminus, quem trans-  
gredinon licet.

Stat(enim) sua cuiq; dies ; breve & irreparabile  
tempus

Omnibus est vitæ;

Omnesq; eodem cogimur: omnium versatur urna,  
serius, ocius sors exitura. Quod probe observavit  
Maximilianus I. Imperator; Nam jussit adhuc su-  
per

perstes, ut, quando intervivos esse desiisset, cadaver suum omnibus hominibus etiam insimæ fortis conspiciendum proponeretur; ac causam percontanti, ut ita, inquit, vel meo exemplo discant omnes, nulli diademata, opes nullas, nec uilla imperia à morte eripere possidentem. Hæc enim.

— — — — — Sola ultricibus armis  
Elatos frenans animos, communia toti  
Genti sceptratenens, æternaq; fædera servans,  
Et magnos parvosq; terit, nam fortibus æquat  
Imbellies, populisq; Duces, seniumq; juventæ.  
Cum itaq; maximum Vitæ bonum Mors sit, diuq; vi-  
vere nil aliud quam diu torqueri, beatam & ter qua-  
terq; beatam MARGARETAM nostram MAKIAM,  
Virginem lectissimam, cui hodierno die justa solvi-  
mus, meritò pronunciamus, quippe quæ in ipso ju-  
ventutis flore etiam nündi hujus miseras satis su-  
perq; experta est. Hæc ex Antiquissima & Patritia  
in hac urbe MAKIORUM familia prognata est Anno  
1630. 6. Decembris die, Patre Viro Spectatissimo  
& Prudentissimo Dn. Reloff Macken Senatore hujus  
Urbis gravissimo, Matre vero MARGARETA  
Gribbenißen Matronâ honestissimâ. Avum paternum  
habuit JOHANNEM Macken, Civem & Mercatorem  
hujus Urbis primarium. Aviam vero paternam AN-  
NAM Havens scemina Virtutibus matronalibus com-  
mendauissimam; Avus Maternus ipsi fuit HENRI-

800

A 3

CVS

CUS Gribbenis ærari veteris hujus urbis. Præfectus  
dum in vivis esset vigilansissimus. Avia autem Mater-  
na ANNA Müllers inculpati nominis fœmina. Pro-  
avum paternum laudavit RUDOLPHUM Maten  
Vitum Patritij ordinis & mercatorem industrium.  
Proviam Paternam E L I S A B E T A M Rudels No-  
bilibissimi ac Amplissimi Viri Dn. D. JOHANNIS RU-  
DELII, liberæ Imperialisq; Urbis Lubecensis & o-  
mnium Anseaticarum civitatum Syndici gravissimi  
optimeq; meriti, filiam dilectissimam. Proavus  
Maternus ei fuit ALBERTUS Gribbenis, Proavia ve-  
ro M A R G A R E T A Gerdes. Talibus Majoribus  
orta, & talibus prognata Parentibus postquam  
in salutari lavacro renata esset, fierialiter non potuit,  
quin puella primum, mox etiam adolescentula in iis,  
quæ cum ad pietatem, cum ad morum honestatem,  
elegantiamq;, cum deniq; & in iis quæ ad Oecono-  
miam spectante, paulatim non quidem à matre harum  
rerum magistrâ solerissimâ, hanc enim mors nimis  
citò nimisq; mature abstulerat, sed sorore maxima,  
natu adhuc superstite alijsq; agnatis & cognatis per-  
quam accuratè institueretur: Institutioni indole ob-  
sequente, tunc in re Oeconomicâ profecit, ut etiam  
hinc à Domino Parente jam iterum per aliquot an-  
nos viduo mæstissimo singulari amore ac paterna di-  
lectione affecta. Ante aliquot Menses autem gravis-  
sima tussi cui febris quedā continua symptomatica

con-

conjugata erat, labore cœpit, quæ progressu tempore  
ris in Pthysin hec tamq; lebrim commutata est, &  
tanta violentia in ipsam impetum fecit, ut omnibus  
exhibitus mediis prævaleret, ipsius quoq; florentis  
naturæ vires curvatas prosterneret. Quapropter,  
cum facile, quid futurum esset, prævideret totam se ad  
placidum ex hac vitâ discessum componebat, &, voca-  
to Viro Admodum Reverendo, Excellentissimo ac  
Clarissimo Dno, D. Johanne Quistorpio, Professore  
ac Pastore Jacobeo vigilantissimo, Collega & Affine  
nostro honoratissimo, fidei confessionem edidit,  
& peccata confessa est ab ejusq; manu salutare pignus  
& viaticum corpus & sanguinem Christi inacta ar-  
dentibus votis tū Apostolo exoptavit mature libera-  
ri corporis ergastulo & esse cum Christo. Cumq; præ-  
terlapsò die Lunæ prædictus Dn. Confessionarius il-  
lam iterum inviseret, plurimaq; ex sacro Codice de-  
prompta ipsi in memoriam revocaret; non solum  
summa cum reverentia hæc omnia notavit, verum  
etiam aliquoties sequentia dicta voce quidem langvi-  
da sed summā cum animi devotione repetiit. Jesu du  
Sohn David erbarme dich mein. Ach H E R R J E-  
S U S Christe Gottes Sohn / du wirst mir nicht mehr  
anfserlegen/denn Du siehest das Ich ertragen kan. Po-  
terat enim hæc virgo recte cum Iobo dicere. Sicut  
Cervus desiderat umbram, Sicut mercenarius præstola-  
cur finem operis sui, sic Ego habui menses vacuos, Eno-  
ches

Et es laboriosas enumeravi mihi. Si dormiero, dicam quando  
consurgam. Tunc sum expectabo vesperam & replebor do-  
loribus usq; ad tenebras. Sic cum morte luctata usq;  
ad secundam nocturnam, 12. Februarii sine ulla adver-  
sa Mortis trepidatione placide & velut somnum ca-  
ptura expiravit, cum vixisset annos 25. Menses duos &  
novem dies. Quoniam verò exanime corpus hodier-  
no die usitatis funerum ceremoniis sepulturæ man-  
dandum sit, omnes & singulos jurisdictioni nostræ  
subjectos ut ejus exequias frequenti officio celebrent,  
suamq; hac ratione sympathian & benevolentiam er-  
ga Dominum Parentem totamq; antiquissimam &  
honoratissimam MAIORUM familiam testatam  
faciant, seriò horatamur. P. P. Rostochii

XV. Februarii A N N O

M. DCLVI;





GK



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770363229/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770363229/phys_0014)

DFG






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770363229/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770363229/phys_0016)

**DFG**

conjuncta erat, labore cœpit, qui  
ris in Pthysin hec tamq; febris  
tanta violentia in ipsam impetum  
exhibitus mediis prævaleret, ipsi  
naturæ vices curitas prosternebat  
cum facile, quid futurum esset, pra-  
placidum ex hac vitâ discessum co-  
to Viro Admodum Reverendo  
Clarissimo Dno; D: Johanne Quis  
ac Pastore Jacobeo vigilansissime  
nostro honoratussimo, fidei co-  
& peccata confessa est ab ejusq; m  
& viaticum corpus & sanguinem  
dentibus, votisq; Apostolo ex op-  
ri corporis ergastulo & esse cum C  
terlapsio die Lunæ prædictus Da-  
lam iterum inviseret, plurimaq;  
prompta ipsi in memoriam revo-  
summa cum reverentia hæc omni-  
etiam aliquoties sequentia dicta v  
da sed summâ cum animi devotione  
Sohn David erbarme dich mein.  
**S** V Christe Gottes Sohn / du  
anferlegen denn Du siehest das Ich  
terat enim hæc virgo recte cum  
Cervus desiderat umbram, **S**icut i  
cur finem operis sui, sic **E**go habui



the scale towards document

tu tempo-  
rata est, &  
omnibus  
florentis  
proper,  
tam se ad  
, &, voca-  
issimo ac  
professore  
& Affine  
nedidit,  
re pignus  
nacta ar-  
rè libera-  
mq; præ-  
narius il-  
odice de-  
n solum  
, verum  
m langvi-  
. Iesu du  
XX JE-  
nicht mehr  
an. Po-  
re. Sicut  
s prestola-  
nos, Eno-  
etes